

Volum. 4. cum seq. & q. 105 3. inspect. num. 151. & 254. Ros. h. Quaro quid si iniurians. ] Quae requirantur. vt penitentia iniuriantem excuset. Neuiz. consil. 76. Ros.

Quaro quid. ] Et intra quantum tempus dicens alicui verba iniuriosa possit per penitentiam reuocare ad tollendum, & extinguendum iniuriarum actionem. Vide per Cagn. in l. quicquid calore n. n. cum duobus sequentibus. de regul. iur. & per Bossium titul. de iniur. numer. 22. & notissime Nat. eius consil. 671. col. fin. vbi tenet opinionem Cagnok. tanquam benigniorem, & humaniorem, quod 73. vique ad litem contestationem iniuria possit reuocari, non autem post; quia tunc quaesitum est ius irrevocabiliter iniuriam passio ad heredem transmissibile per l. iniuriarum actio, vltim. ff. eod. Sed vique ad litem contestationem bene potest per penitentiam reuocari, & eo modo satisfieri iniuriam passio, &

vel huiusmodi, vt dixi infra hoc eod. lib. 5. fin. quaest. 53. vers. caueant tamen. Præterea etiã illa distinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriam dicens, licet vera sit, non excusatur, cũ prius debeat procedere charitativa admonitio, vel correctio. Et est communis opinio. Doctorum, vt attestatur Alex. de Neuo, consil. 82. nu. 5. in fine. 16. Quaro, quid si iniurians dicat se penitere, & quod dixit, fecit calore iracundiae; ni quid erit excusandus? Resp. aliqui dicunt, quod verba iniuriose prolata per iracundiam non sunt punienda. Et hanc dicit esse communem om-

ista opin. inter varias debet prevalere, vt per Nat. ibid. Ciach. Quaro, quid si iniurians. ] Adde ¶ videndum Plot. in consil. 131. num. 17. inter consil. crim. diuersi. tom. 1. vbi tenuit, quod

quilibet iniuria verbalis reuocatur per reuocationem verborum iniuriosorum factam per iniuriantem, ita quod nec ciuiler, nec criminaliter agi potest pro tali iniuria etiam si reuocaretur cũ honestate iniuriantis, puta, quia dicat, quod ea, quae dixit, non sunt vera; & quod ea dixit calore iracundiae, vel male informatus; & ibi allegat multos idem tenentes. Et si opinio Plo. esset verior, procederet, si reuocatio fieret in illo loco, vbi verba iniuriosa fuerint prolata, & si palam, palam reuocentur, & incontinenti, antequam iniuriatus recedat à loco iniuriae, ita Addentes ad Bertaz. in consil. 307. vol. 2. fed opinio D. Clari iudicio meo est sequenda. Baiard.

aperri, sub nomine officialis. 8. Laesa maiestatis crimen excluditur, vbi alia coniectura minoris delicti sumi potest. 9. Vassallus excusatur à crimine laesa maiestatis, si ob metum amittendi bona hostes Domini adiuuerit. 10. Maledicentis Principis, qua pena sint feriendi. 11. Et maledicens Pontifici, vel Episcopo non puniatur. 12. Laesa maiestatis crimen incurrit offendens Sedem Apostolicam, Legatum, Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, Equiscopum, vel eius Vicarium. 13. Et an occidens officialem Principis. 14. Laesa maiestatis crimen committit etiam non subditus. 15. Et quid in Clerico remissiuè. 16. Laesa maiestatis crimen requirit declaratoriam Iudicis. 17. Et qualiter sit facienda declaratoria pro publicatione bonorum, remissiuè. 18. Laesa maiestatis poena ex l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. non habent locum contra filias dotandas. 19. Nec etiam contra filias dotandas. 20. Et quid in filio emancipato. 21. Et filius tenetur pro patre, sed non è contra. 22. Et an princeps feudo, vel episcopatus ob laesam maiestatem à patre. 23. Et natus post delictum patris non fit obnoxius huiusmodi poenis. 24. Et poena patris nocet filiis in bonis obnoxietibus ex eius persona. 25. Laesa maiestatis criminis vnum, & triginta specialia. Laesa maiestatis cognitio an veniat in concessionem meri, & mixti Imperij, vel Regalium, nu. eod. Filius potest accusare patrem de laesa maiestate, absque ingratitude nota, nu. eod.

S. LAESA MAIEST. CRIMEN.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Laesa maiestatis crimen pluribus modis committitur. 2 Laesa maiestatis crimen committitur non modo contra personam Papae, vel Imperatoris, sed etiam contra Reges, Principes, vel Cuitates, quae superiorem non recognoscunt. 3 Et an contra Principes, vel ciuit. quae superiorem recognoscunt. 4 Et an offendens Cardinalem incurrit crimen laesa maiestatis. 5 Et an offendens Consiliarium Principis. 6 Et an ille, qui non est subditus, dicatur committere crimen laesa maiestatis. 7 Et quid in clerico. 8 Crimini laesa maiest. poena qua sit. 9 Et an ex hoc crimine bona publicentur. 10 Et an dispositio l. quisquis, habeat locum contra filias feminas. 11 Et an contra filios naturales. 12 Et quid in filiis natis ante delictum. Et quid in filio concepto post bannum, ibid. 13 Et an habeat locum etiam contra nepotes. 14 Et an haec poena statuta contra filios habeant locum etiam, quando crimen laesa maiestatis non est commissum contra Imperatorem, vel Rempubliam Romanam. 15 Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si sequatur effectus. 16 Et an in hoc crimine possit post mortem procedi. 17 Et an rebellis possit impunè occidi, & deinde probari, quod erat rebellis. 18 Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem.

Ex Additionibus.

- 1 Laesa maiestatis criminis duo sunt capita, Et quae sit poena vtriusque num. eod. 2 Laesa maiest. crimen quin, & quadraginta modis committitur. 3 Laesa maiestatis crimen committitur contra Imperatorem, Remp. Regem, & quemlibet alium Dominum non recognoscentem Superiorem. 4 Et Vassalli recognoscentes Regem, si se contra Barones rebelent, qua poena sunt plebendi. 5 Laesa maiestatis Rei contra alium, quam Regem, vel eius Consiliarium, filijs non auferantur bona. 6 Laesa maiestatis crimen qualiter in primo, vel in secundo capite committatur, remissiuè. 7 Laesa maiestatis, & falsi poenam incurrit faciens sibi domum

- 26 Laesa maiestatis affectus cũ alio communicatus sit punibilis. 27 Laesa maiestatis crimen an extinguatur morte, remissiuè. 28 Et qualiter sit procedendum. 29 Et quid si committatur contra Principes inferiores. 30 Et quae probationes requirantur. 31 Rebellis quis dicatur, remissiuè. (num. eod. Et an requiratur sententia, vel declaratoria sufficiat, remissiuè. 32 Et an bona rebellis transeant in fiscum ipso iure, remissiuè. Rebellio quando ex mobedientia incurritur, num. eod. 33 Et eo casu bonis publicatis filius pot. agere pro recuperatione. 34 Rebell. s. crimen patefaciens, quid lucretur. 35 Laesa maiestatis crimen contra absentem agitur, & quandoque contra non citatum.

ADDI.

ADDITIONES. Ad S. Laesa Maiestatis Crimen.

Laesa maiestatis crimen. ] Vigel. M. I. R. lib. 1. c. 13. in principio. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 1. per totum, ubi etiam de coniurati-

bus factionibus, & seditionibus carcere priuato per duellione, militum criminibus, statutis principum, & maledictis in eos latissime uerò per Farin. 5 uol. q. 112. per octo inspectiones, & quaest. 113. per nouem inspectiones, quaestione 115. per tres inspectiones, & quaestione 116. per quatuor. §. item, quaest. 117. & 118. exceptiones 14. inspectione prima, de usurpata iurisdictione in eadem inspectione, numer. 21. de turbata iurisdictione in 15. q. inspectione 1. 2. & 3. de Moneta. in 16. q. 5. Idem Farin. dict. q. 113. inspect. 1. tract. de crim. laesa maiest. in 2. num. 66. de rebellionibus in 3. de conspiratione, & secta, seu machinatione, numer. 104. in 4. numero 118. de congregatione, & hominum conuenticula, & in 5. numero 176. de seditione in 6. num. 304. de reuelante secreta principum in 7. numero 224. de collegijs illicitis in 8. numero 247. de perduellionibus, in q. num. 258. de consultoribus auxiliantibus, & opem danti. us. Crimen laesa maiestatis multis modis committitur. Farinac. dict. quaestio. 113. inspect. 1. Vigell. M. I. R. lib. 1. cap. 13. in principio. De reuelante secreta Principis. Farin. d. q. 113. inspect. 6. numer. 204. Ab originalibus collegium ibi inspect. 7. numer. 224. De perduellione ibi inspectio 8. num. 247. De consultibus, & auxiliantibus ibi inspect. 9. num. 254. Ros.

Laesa maiestatis crimen. ] Adde, quod de gestis à summo Pontifice, ab Imperatore, & à Principe, atque de illo cum rescriptis non est disputandum, neque dubitandum, quoniam sacilegijs instat effect, u. per Capollam crimin. consil. 59. in fine, & uide fusius in consilio meo s. iudic. numero 302. uique ad numerum 317. Item adde, quod crimen laesa maiestatis committitur ex sola contumacia in non resignando castrum, in l. 3. §. ubi gloss. in uerbo, tenetur, ff. ad l. Iul. Maiest. & tradit Crauet. consilio 319. col. 1. uerf. Hoc ita praesupposito.

Item contraueniens iuramento fidelitatis incidit in crimen laesa maiestatis, atque proditioms. Item solum consiliuum. Item conspiratio, per Alex. consil. 13. post nu. 67. lib. 6. & per Crau. ubi sup. ver. 2. Et talis vassallus contraueniens fidelitati feudum amittit, quod tale peccatum contra Principem est inexcusabile per Crauet. ibi. Ciach.

Laesa maiestatis. ] Adde ¶ quod in hoc crimine laesa maiestatis duo sunt capita. Primum est, quando committitur contra Rempubliam, uel contra Principem, vt in l. finali. ff. ad l. Iul. maiest. nisi ex particulari, & prauata inimicitia quis offenderet Principem; nam tale crimen non incurret, puta, si Princeps sororem illius desorasset, vt conuuluit Rolan. in consilio 15. volumine 4. quem refert, & sequitur Riminald. Iun. consil. 374. nu. 31. vol. 4. vel quando conspiratur de nece Senatoris, vel Collateralis, vel Consiliarij Regis, vt l. Quisquis Cod. ad leg. Iul. maiest. licet dicat Salycet. quod, quando conspiratur contra officialem Principis filij non amittunt hereditatem paternam, ita dicit ipse in dicta l. quisquis, qui nullam facit differentiam, an conspiretur de morte Principis, uel eius Officialis. Secundum caput legis Iul. Maiest. est, quando committitur non contra Rempubliam, nec in Principem, vel eius Collateralem, sed alio modo, & tunc non est poena omnium bonorum, nec puniuntur filij hereditatis priuatione; sed tantum committens delictum ipse punitur poena mortis, vt notatur Gloss. in dicta lege finali, ff. ad legem

Iul. Maiest. & quadraginta ¶ quinque modis, quis incidit in crimen laesa maiestatis. Primo, si quis subditus Regis assumit arma, vel facit guerram, uel bellum aduersus, & contra Regem, l. 1. ff. ad legem Iul. maiest. vbi text. loquitur de eo, qui sumit arma aduersus Populum Romanum. Idem ta-

men dicendum est de Rege in Regno suo, ut dicit Bartolus in l. hostes, numero 6. ff. de capt. & in l. lex 12. tabularum, ff. ad l. Iul. Maiest. in principio. Idem, si congregaret contra aliam ciuitatem, non recognoscentem superiorem, ut dicit gloss. in l. fallaciter, C. de abolition. sed Gloss. & Io. Fab. Insitit. de public. iudic. §. public. in gl. quae incipit, Romanorum, dicit, quod si quis congregaret gentem contra ciuitatem non committit crimen laesa maiestatis, ut filij puniantur priuatione bonorum, sicut quando contra Regem, uel populum Romanum committitur; bene tamen committens aliquid contra Rempubliam propriam, committit crimen seditionis, & sic poena capitis puniatur, per l. 1. C. de seditionibus, & sic contra iur. Bald. in consilio suo, quod incipit, quoniam sint multa, & pulchra. Bene tamen improprie delinquens contra patriam propriam, dicitur committere crimen laesa maiestatis. Et sic patet, quod istud crimen potest proprie, & improprie committi, ut dicunt Cyn. & Salyc. in d. l. quisquis, & Ang. in l. 1. ff. eodem, dicit amen Salycet. in dicta l. fallaciter, C. de abolition. quod si patria proditur, non ut à Principe auferatur, sed ut auferatur Baroni, tunc non committitur hoc crimen: fecus, si ad finem, ut Principi auferatur, quod est menti tenendum.

Secundo modo committitur crimen laesa maiestatis, si aliquis offendit aliquos, qui fuerint assecurati à Populo Romano, vel à Rege; omnia enim, quae dicuntur de Populo Romano, tribuenda sunt Regi, & ciuitati non recognoscenti superiorem, per ea, quae notant Doctores in dicta l. Hostes, & Guilelm. de Cun. in l. lex hoc iure, ff. de iust. & iur. & Salyc. in dict. l. quisquis. Item secundo modo probatur in l. i. iuncta gloss. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.

Tertio modo committitur si quis consilium fecit dolo malo aduersus Pop. Rom. vel Regem, vt in d. l. 1. Quarto, si quis obides sine iussu Principis interfecit d. l. 1. Quinto, si quis conuenit homines talis, vel lapidibus in uibe aduersus Pop. Rom. vel Regem, ut occupent loca, uel templa, ut in d. l. 1. Sexto, si quis conuocet certum hominum conuentum ire ad seditionem ciuit. d. l. 1. & facit l. 1. C. de seditionibus. Septimo, si quis Magistr. Pop. Rom. occidit, vel dolo malo consilium dedit, vt occideretur, d. l. 1. ner. cuiusue opera, &c. quod uerum est, etiam si non occidit, sed processit ad actum, ut in d. l. quisquis. Qui ergo occidit officialem Regis habentem merum imperium à Rege crimen laesa maiestatis committit quia dicitur laesa maiestas Principis, cum aliquis sibi collatera lis laeditur, c. si quis 6. q. 1. & c. felices de Pen. in 6. & in dict. l. quisquis. Et hoc uerum, si occidatur officialis, ut illa prouincia careat illo officiali, uel propter odium, quod habet aduersus Principem, occidat officialem eius, uel alia causa, dum tamen respectu officij: sed si officialis fuisset occisus particulari odio, puta, quia erat inimicus particulari inimicitia, tunc non tenetur l. Iul. maiest. ita Andr. in Constit. Regni, ut participatio. Et sic patet, quod cum hodie ferè omnes Barones Regni ex priuilegio habeant à Rege merum, & mixtum Imperium, quod si ipse offendantur, contra eos committitur crimen laesa maiestatis, & hoc crimen laesa maiestatis, & hoc firmat Bart. in extrauagant. Ad reprimendum, in uerbo, rebelando Sed de hoc dicam in 2. quaest.

Octauo modo committitur crimen hoc, si quis sumit arma contra Rempubl. d. l. 1. Nono, si quis mittat litteras, uel nuntium, uel signum dedit hostibus Pop. Rom. dolo malo, ut hostes ipsi iuuentur contra Populum Romanum, ut in d. l. 1. ibi quide hostibus, &c. Dicitur autem iuuare hostes ille, qui mittat pecuniam hostibus, ut dicit Bart. in l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. & qui hostes iuuat telis, & armis, ut in l. fin. & ibi Bal. C. quae res export. non deb. sed de ista materia quis dicatur opem praestans, habes plenè per Scribentes, & ibi plures remissiones in l. 1. C. de feru. fugiuit. Sed quid si non misit litteras hostibus, sed recepit litteras ab hosti-

hostibus, an ex hoc incidat in crimen læsæ maiestatis, videtur quod sic, si illas non reuelauit, quia ille, qui recipit litteras, & nihil dicit, videtur approbare, vbi dicit Ang. in l. 1. C. de fil. fam. lib. 10. In contrarium tamen determinatur, quia ille, qui solum recipit litteras ab hostibus, etiam si non reuelauit, non incidit in crimen læsæ maiestatis, quia hoc non reperitur iure cauto; nec lex loquens de eo, qui mittit litteras hostibus, extenditur ad eum, qui solum litteras hostis recipit, tanquam exorbitans, argumen. l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. Facit regul. odia. ff. de regul. iur. in 6. Facit opimè text. iunct. Gloss. & ibi Bart. in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid. vbi occidens confobri num. d. l. non tenetur; non tamen lex illa comprehendit occidentes in quinto gradu par. es. cōiunctos, de quibus dicta lex loquitur, nisi ex interpretatione ipsius iurisconsulti. Ergo cessante interpretatione, lex loquens de occidente confobriam non extenditur occidentem, existentem in quarto gradu. Sic & in casu nostro lex loquens de mittente litteras hostibus, non extenditur ad recipientem ab eis. Et ita ante Tribunal Diuæ memoriæ Regis Alphonfi allegauit quidam magnus Advocatus Concistorialis, nomine Antonius Caffarellus, vt testatur suæ Allegationes factæ in defensionem Marchionis Giracij, in quibus de crimine læsæ maiestatis, dicens plus idè Doctor in dictis suis allegationibus, quod ex sola sigillatura litterarum ad hostes non contrahitur crimen istud, nisi expresse probeur de missione ad hostes, quia hoc non habet iulia maiestatis, meritò non est extendenda, vt supra, quod est notandum: Quid de eo, qui non hostibus, sed fidelibus scripsit id, quod est in damnum Principis, si esset verum, & est falsum, tunc ex qualitate personæ iudicabitur, per l. 1. C. si quis Imperat. malef. & dicit Gloss. in fin. in capitulo non omnis. §. quæstione quinta, quod qualitas facti ex persona facientis præsumitur.

Decimò, committitur crimen læsæ Maiestatis, si quis sollicitauerit, vel concitauerit milites, vt rebelentur contra Republicam, vel Regem, uel sollicitauerit, uel concitauerit ipsos milites, vt fieret seditio, vel tumultus aduersus Rempublicam, vt in dict. l. 1. ibi qui è milites, &c. Et sic in fertur, quod ille, qui ciuitates obediens Principi facit ei rebelles, tenetur hoc crimine, vt in l. 3. & 4. ff. ad l. Jul. maiest. Et hoc voluit Dom. Cardin. Florent. in capit. pastoralis, in princip. in q. no. rab. de re iudic.

Vndecimo committitur, si miles, vel alius officialis Regis postquam sibi successum fuerit, discesserit de prouincia, quæ sibi fuerit commissa, ante quinquaginta dies, qui statuuntur pro syndicato, vt in l. 2. ff. ad leg. Jul. maiest. & expressius patet in l. 1. C. vt omni. iudic. tam ciu. quam milit. & in Authen. de admin. §. 1. & sic fuga in officiali, qui debet stare in syndicato, facit eum incidere in crimen læsæ maiestatis, vt in dictis iuribus. Non tamen intelligas, quod hoc delictum committens sit in primo capite, leg. Jul. maiest. quoniam tale delictum non est contra Rempublicam, nec contra Regem.

Duodecimo committitur, si aliquis sine licentia superioris exercitum deseruit, dict. l. secunda, ff. ad legem Jul. maiest.

Decimotertio, committitur, si quis priuatus ad hostes per fugerit, vt in d. l. 2.

Decimoquarto committitur, si aliquis scripsit aliquid falsum scienter in tabulis publicis, hoc est, in libris Reipublicæ, uel Principis. Et licet tale crimen de directo non sit commissum contra Rempublicam, uel Regem, tamen est in primo capitulo legis Jul. Maiestatis.

Nota ergo, & tene menti hoc genus falsi, quod inducit crimen hoc in primo capite. Et nisi diceret textus, nunquam ego hoc tenerem, ut patet expresse in textu, iuncta Glossa in dicta l. secunda.

Decimoquinto committitur, si quis hostes concitauerit, vt bellam sumant, uel aliquid aliud contra Rempubl. vel Regē faciant in eius damnum, ut in d. l. 3.

Decimosexto committitur, si quis opem hosti dederit, ut in dicta l. 3.

Decimoseptimo committitur, si quis miles, uel armiger stans in prælio recesserit, aut aliud fecit, propter quod eius opera factum est, quod hostes habuerint uictoriam, ut patet in d. l. 3. ibi, qui in bellis cesserit, &c.

Decimoctauo committitur, si quis sine licentia Principis tenuerit arcem, uel fortalitia in confinibus Regni, ut in d. l. 3. & patet in l. 2. C. de fund. limitoph. & terr. lib. 11.

Decimonono committitur, si quis erat Castellanus Regis in aliquo Castro, & illud dedit hostibus, uel erat Castellanus Regis, & Rex uoluit eum priuare Castellana, & alium constituit Castellanus, scribendo sibi, quod Castrum assignet Titio, & ipse noluit illud assignare, uel misit milites ad hostes sine licentia Principis, omnibus istis modis exponitur illud uerbum positum in d. l. 3. ibi, dum dicitur, aut castra concesserit.

Vigesimo committitur, si quis sine licentia Principis gesserit bellum, vt in d. l. 3. dicitur enim bellum illicitum, quado fit sine Principis auctoritate, ut not. Doct. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Et quod tale bellum illicitum committens, incidat in crim. læsæ maiestatis, patet in l. Papinianus, §. rei perduell. ff. de acquir. hæred. facit l. 1. C. de gl. d. lib. 1. 2. & §. per contrarium, Inst. de hæred. quæ ab intest. & l. fin. ff. ad l. Jul. maiest. ubi dicitur, quod perduellionis reus est hostili animo aduersus Rempub. uel Principem animatus, ut in l. unie. & ibi gloss. C. ut armor. uis, lib. 11.

Vigesimo primo committitur, si quis elegit sibi milites de alijs milit. sine licentia Principis, ut dicit text. in d. l. 3. ibi, delectum uel habuit, & patet in l. milites, C. de re mil. lib. 12.

Vigesimo secundo committitur, si quis exercitum coparauerit, id est præparauerit sine iussu Principis, d. l. 3.

Vigesimo tertio committitur, si Princeps ordinauerit in Prouincia caput exercitus ad ipsius, uel pro eius arbitrio, & demum illi exercitui destinauit aliud caput, illud uetus ad mouendo, quod noluit exercitum assignare illi, qui sibi successit, ut dicit expresse text. in d. l. 3. opimè facit text. in d. l. 1. C. vt omn. iud. tam ciu. quam milit.

Vigesimo quarto committitur, si quis deputatus ad exercitum recesserit sine licentia Regis, uel Principis, uel si Princeps erat in prælio, & cum deseruerit, ut patet in d. l. 3. ibi, qui uel Imperium faciunt eas, quæ habentur in c. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. 1. quæ sit prim. caus. benef. amitt.

Vigesimo quinto committitur, si quis assumptis auctoritate propria magistratus officium cum falsis litteris, uel alio modo, dolo malo se gesserit pro magistratu, cum non esset, ut dicit text. in d. l. 3. ibi dum dicit, qui uel priuatus, facit l. qui nomine, ff. de fals. & nota, quod non solum tenetur crim. læsæ maiest. qui predicta fecerit, sed etiam si non fecerit, sed curauerit facere, ut dicit text. in d. l. 3. in fin. Facit l. fin. & ibi Bal. C. quæ res export. non deb. Faciunt not. in d. l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & cler. & not. in c. 1. §. si uoluerit, de capit. qui cur. vend.

Vigesimo sexto committitur, si quis solus iurauit, quod ipse Principem interficeret, uel aliquod sibi magnū malum faceret, uel iurauit, quod aliquid malum faceret contra Rempublicam, etiam si nihil fecit, ut probat text. in l. 4. in princ. ff. ad leg. Jul. maiest. sed contrarium tenuit Afflict. super feud. in d. c. 1. §. si uoluerit, num. 22. cum seq. de cap. qui cur. vend. in constitut. regni. in constitut. asperitatem, num. 2.

Vigesimo septimo committitur, si quis operam dedit, ut exercitus Pop. Roman. uel Principis proditorie incidat in manus hostium, uel insidias eorum; quod multo est exquisitius coloribus, & astutius fieri poterit, probat text. in dict. l. 4. dum dicit, exercitus Pop. Rom.

Vigesimo octauo committitur, si Princeps sperabat habere hostes in manibus, uel esse eorum uictorem; & aliquis malus homo adnauit hostes de preparatione Regis, uel Ducis belli; ita quod propter eius aduulm hostes non sunt in posse Regis, uel Ducis, ut dicit text. in d. l. 4. ibi quomiuus hostes in potestatem Pop. Rom. ueniant.

Vigesimo nono committitur, si quis commeatum dederit hostibus Pop. Rom. ut d. l. 4.

Trigesimo committitur, si quis iuuauerit, dando hostibus pecuniam mutuo, uel uendendi eius arma, ut sunt balistæ, bombardæ, tela, lanciæ, & alia genera armorum, uel præstitit auxilium de aliqua alia re, ut probatur in d. l. 4. & facit text. in d. l. fin. & ibi Bal. C. quæ res export. non deb.

Trigesimo primo committitur, si quis dedit operam, ut amici

amici Pop. Rom. uel Regis fiant eorum inimici, uel hostes, ut in dicta lege 4. & dico, quod si aliquis dedit operam, ut hostes Romani prædam factam diuidant inter eos, uiui sunt concremandi, ut leg. fin. C. de re milit. lib. 12.

Trigesimo secundo committitur, si aliquis dolo malo fecit, quominus Baro non obedierit Principi, ut probatur in dicta lege 4. ibi, dum dicit, quo Rex exteræ nationis, &c. nam olim Reges subditi erant Populo Romano, & ideo vocabantur Reges exteræ nationis; & si aliquis dabat operam, quominus tales Reges non obtemperarent præceptis Populi Roman. crimen læsæ maiest. committebat, ut ibi dicitur.

Trigesimo tertio committitur, si quis operatus fuit dolo malo, ut hostibus Populi magis darentur obsequia, quam pecuniaria subuentio; expedit enim magis Reipubl. Roman. pecuniam dare, quam obsequia, ut probat text. in d. leg. ibi quod magis obsequia.

Trigesimo quarto committitur, si quis aliquem confessum, & condemnatum de crimine læsæ maiestatis exemerit à carceribus, operando, ut à carceribus fugiat, uel à manibus familiæ, ut probat text. in d. l. 4. in fin. sed si inquisitus de crimine læsæ maiest. existens in carceribus non fuit confessus ipsum crimen, nec condemnatus, & aliquis cum exemerit à carceribus, tunc non incidit in crimen læsæ maiestatis, sed capite punitur, ut in lege fin. C. de hæretic. & Manich. In alijs autem casibus quater puniuntur facientes fugere carceratos à carceribus, uide text. in auth. vt omnes obed. iudic. prou. n. §. arripendum. Et facit ad hoc, quod dicit Andr. in tit. quæ sint regalia in d. §. committentes in 2. col. qui uoluit, quod si Princeps concedat alicui Priuilegium, ut facinorosi ad mortem damnati, quando vadunt ad supplicium, transeunt per domum eius possint auferri impune à manibus familiarum potestatis, tale priuilegium non ualet; ut in lege quicunque, C. de diuers. offic. lib. 12. quia esset iniquum, & contra publicam utilitatem, quæ uult, quod maleficia non remaneant impunita. Caueant ergo milites impetrare priuilegia contra publicam utilitatem, nec etiam ualere talis consuetudo, quæ uel uenit antiqua in aliqua domo, uel terra; quia talis consuetudo esset contra uerum correptionis, quia inducit peccatum, ut in c. fin. in ult. Gloss. de consuetud. c. frustra §. dicit. & secundum Andr. in tit. quæ sunt regalia, §. bona committentium crimen.

Trigesimo quinto committitur, quando quis statuas Imperatoris, aut imagines conuauerit, ut in lege qui statuas, ff. ad leg. Jul. maiest. quod procedit secundum iura Digestorum. Hodie autem per aduentum Christi Dom. Nostr. sublatae sunt imagines propter peccatum idolatriæ, quod grauissimum est, de quo plenè per B. Thomam secunda secunda quæst. 96. Ideo Principes hodie prohibent, ne quis sine rescripto erigat statuas, ut in lege 1. C. de statu, & Imag. non tamen licet ipsis magnibus inferre iniuriam, ut in leg. unica, C. de his, qui ad stat. coniug.

Trigesimo sexto committitur, si quis prodiderit dolo malo aliquam prouinciam Ciuitatem, uel consuluit, quod Ciuitas rebelletur, ut in lege pen. ff. ad leg. Jul. maiest. notatur in cap. pastoralis, de tent. & re iudic.

Trigesimo septimo committitur, si quis crimen perduellionis contra Principem, uel Rempublicam commiserit, & effugerit hostis, & rebellis ipsius Principis, ut dicit glossa in fin. ff. cod. tit. ubi dicitur, quod non omnibus supradictis modis incidendo in crimen læsæ maiestatis, quis perdit bona, & applicentur fisco; sed tantum ille, qui committit crimen perduellionis aduersus Rempublicam, uel Regem; ita sic non omnis proditor dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, sed tantum ille, qui prodit in læsionem Regis, in sui persona, uel Reipubl. nam multis modis committitur proditio, de quibus per Lucam de Penn. in lege fin. C. de delat. li. 10. & per Salic. in lege fallaciter, C. de abolitionibus, & per Ang. in consil. 159. incip. Consultatio, & Afflictus super feud. in cap. 1. in princip. quibus mod. feud. amitt. & tamen non omnis proditor dicitur committere crimen læsæ maiestatis: sed qui committit proditorem in magnum damnum Regis, uel Reipublicæ. Vnde si Baro, qui habet terram, quæ possit impedire, ne gens munita inimica regi transfugeret, Julij Clari Sentent. Pract. Crimin.

tum faciat per illam terram, & permiserit, ipsam transire, proditor esset, in l. si quis barbaris. C. de re milit. lib. 12. & dicitur tunc impugnare Regem; & ideo incidit in crimen læsæ maiestatis. Idem, si guerram mouit in Regno, ut in Constitut. Reg. Comes.

Trigesimo octauo si Cardinales, uiuo Papa, procederent ad eligendum alium Papam, eo non deposito, secundum Ioannem Andream in cap. ueniens, de testibus, & Bald. in lege quoniam. C. de testamen. diceretur tunc scisma, à quo Deus auertat.

Trigesimonono committitur, si aliquis operatur, quod aliqua Ciuitas, uel castrum, quod erat ad fidelitatem regis, discedat ab eius fidelitate, ut not. in lege fallaciter, & ibi gloss. Angel. & Salicet. C. de abolit. fac. l. pen. ff. ad l. Jul. maiest.

Quadragesimo committitur, si quis incidit in simplicem scientiam alicuius mali, quod habet contingere ex facto hominis in personam regis, uel contra rempub. non reuelauit, licet nulla operatio, uel factum ipsius interuenierit, ut probatur in lege quisquis, in fine, & ibi not. Doctor. C. ad l. Jul. maiest. Faciunt not. per Bar. in lege utrum num. 3. ff. de parricid. sed Afflict. super feud. in dicto tit. quæ sint regalia in §. bona committentium. numer. 103. tenet, hoc dictum procedere, quando illa scientia posset per alium probari: sed, si probari non posset, non tenetur reuelare, nec patefacere, pro hoc allegat gloss. in c. plerumque in 2. quæst. 7. quæ dicit, quod bonus uir id, quod scit, quod non potest probari, debet tacere, ita dicit Bald. in quodam suo consilio incipien. quamquam allegata sint multa, ubi deplorat mortem cuiusdam militis, qui ex hac causa fuit decapitatus; pro vt refert Ioan. de Plat. Instit. de public. iudic. §. publica. Faciunt notata per Bar. & Angel. in lege 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. & per Abbat. in capit. 1. de restitut. spoli. & in cap. 1. de offic. deleg. & per Angel. in lege fin. ad l. Jul. de parricid. & ista est magis communis opinio, & humanior secundum Roland. in consil. 88. numer. 10. cum seq. uolunt. 2. consilium tamen est, ut sciens detegat secretè admonendo Principem, ut à tali machinatione cauere possit, quicquid scit reuelando, ut ibi per Roland. in fine, ad hoc uide etiam D. Clarum infra in quæstione 87. uersicul. punctus est; & Viui. opin. 694. incip. scientia sola. Et dico, quod si ita non faceret, utique una cum opin. Roland. & aliorum, sic tenentium decapitaretur, eius bona occuparentur, & tota eius familia in profundum mitteretur, uide etiam Decij. Pedem. 80. ubi de quadam muliere, quæ sciuerat tractatum contra Principem, & illum non reuelauerat, & qua pœna ueniret puniendâ, quæ mulier erat mater facientis tractatum.

Quadragesimo primo si quis Cardinalem sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostiliter fuerit insecutus, uel percussit offendendo, non defendendo, aut exerit, aut socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, uel factum ratum habuerit, aut consilium dederit, uel fauorem, aut postea receptauerit, uel defensus fuerit scienter eundem, hæc omnia continentur in cap. felix, de pœn. lib. 6.

Quadragesimo secundo modo committitur, quando quis conspirauit in necem alicuius collateralis, uel consiliarij Principis, tunc habetur, ac si in necem Principis conspirasset, ut dicit text. in dicta lege quisquis, & ratio est, quia isti consiliarij sunt pars corporis Principis, ut ibi dicit text. ideo eadem offensio reputatur, & pro hoc facit, quia qui tangit unam partem corporis, totum corpus tetigisse uidetur, leg. vulgaris, ff. de furt. & dicit Afflict. super feud. in tit. quæ sint regalia, §. bona committentium crimen numero 107. dicit, quod uidit Priuilegium Reginæ Ioan. prædictæ vindicantis mortem Andr. de Ifern. eius Consiliarij, & Prædecessorum Regum, occisi tarda hora noctis, dum ueniret à Castro prope portam Petruciam, per quosdam Theutonicos acriter condemnatos de crimine læsæ maiestatis.

Quadragesimo tertio committitur, si quis contra iuramentum ligi iurauerit, de quo in dict. clem. pastoralis, de re iud. Facit gloss. in lege 2. C. ad l. Jul. maiest. & text. in authen. vt non lux. con. nat. colum. 6. de quo per Cyn. in l. 2. C. de iureiur.